Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift

autem ascenderet fratres ei.
tunc et ipse ascendit ad diem
festum non manifeste: sed qua
si in occulto. Judei quere-
bant eum in die festo. et dice-
bant: Vbi est ille? Et mur-
multus de eo erat in turba.
Quidam enim dicebant quia
bonus est: alii autem dicebant
non. sed seducit turbas. Ne-
mo tamen palam loquebatur de
illo. Propter metum iudeorum. Iam
autem die festo mediante: as-
cendit ihesus in templum et doce-
bat. Mirabantur iudei dicen-
tes. Quomodo hic litteras scit
cum non didicerit? Respon-
dit eis ihesus et dixit: Mea
doctrina non est mea. sed eius
qui misit me: Si quis voluerit
voluntatem eius facere re-
cognoscet de doctrina utrum
ex deo sit. an ego a me ipso
loquar: Qui a semetipso loq-
tur: gloriam propriam querit:
Qui autem querit gloriam eius
qui misit illum. hic verax est et
iniustitia in illo non est: Nonne
moyses dedit vobis legem: et
nemo ex vobis facit legem?
Quid me quaeritis interficere?
Respondit turba et dixit: De-
monium habes. quis te querit
interficere? Respondit ihesus
et dixit eis. Vnum opus feci et
omnes miramini. Propterea mo-
yses dedit vobis circumcisio-
nem. non quia ex moyse est: sed ex
patribus. et in sabbo circum-
ditis hominem. Si circumcisionem
accipit homo in sabbo ut non
soluatur lex moysi. mihi indi-
gnamini quia totum hominem sa-
num feci in sabbo? Nolite iudi-
care secundum faciem. sed iustum iudi-
cium iudicate: Dicebant ergo
quidam ex ierosolimis. Nonne
hic est quem quaerunt interficere:
et ecce palam loquitur. et nihil
ei dicunt: Numquid vere co